cat. Bonũ eſt enĩ iuramẽtũ per quod veritas rerũ diuino
teſtimonio cõfirmatur: ſed malũ eſt illi qui eo male vtitur
⁊ a malo: infirmitas humana eſt vt aliquis vere ꝓferens
iurare cogatur. ¶.iiij.error iſtorũ huiuſmodi impiorum.
blaſſemia de valdẽſiũ venenato fonte ꝓrũpens: ſacerdo
tes rite ⁊ legitime ſecũdũ formã eccleſie ordinatos: quibꝰ
libet tamẽ criminibꝰ preſſos: nõ poſſe cõficere vel cõfer-
re eccleſiaſtica ſacramẽta cõſurgit. ¶.v.error ẽ: ꝙ ſic iſto-
rũ hominũ mẽtes obcecat: vt euãgeliũ xpi ĩ ſe ſolos hoc ĩ
tẽpore: aſſerant eſſe cõpletũ quod hactenus vt ipſi ſomp
niant obtectuz fuerat ymo prorſus extinctum. ¶ Multa
ſunt alia q̃ iſti preſumptuoſi homines cõtra coniugij ve-
nerabile ſacramẽtũ garrire dicunt: multaqz de curſu tẽpo
rũ ⁊ fine ſcl'i ſompniãtes: multaqz de antixpi aduẽtu quẽ
iã inſtare aſſerunt. flebili vanitate diuulgant: que omnia:
quia partĩ heretica: partĩ inſana: partĩ fabuloſa cognoſ-
cimꝰ: dampnãda potius cũ ſuis actoribus. q̃z ſtillo perſe
quẽda ac repellẽda cenſemus. ¶ Et quia predicta adhuc
inſurrexit peruerſa quedã eorum bigardorum ⁊ beguino
rum congregatio incidentium in errores ⁊ hereſes leuiter
ſupradictas. Idem dominus iohãnes papa.xxij. damp-
nauit iſtam congregationẽ ⁊ ſtatum ab eis conſimilem:
per conſtitutionem que incipit: ſancta romana: tenoris ſe
quentis.

SAncta romana ac venerabil' eccl'ia: cui acto
re dño lz imeriti pſidemꝰ: ſicut religioſam ⁊
piã volũtatẽ benigno fauore pſequitur: ſic
ſupſtitioſos conatus inſolẽtiũ hominũ de-
teſtatᷣ: vz: ne ſub ouina pelle gregẽ dñicum

© Biblioteca Nacional de España

truculētia lupi rapacis īuadat: ſub pietatis ẏmagine. vi-
r⁹ heretice prauitatis obrepat: ⁊ ſub p̄textu cōuerſatiōis
angelice: in cautis mētib⁹ ſpūs malignus illudat: cui⁹ rei
gr̄a ſacris ē canonib⁹ interdictū: ne aliq̄s nouuū ordinē
aut religionē īueniat: vl̄ hītū noue religiōis aſſumat: ſꝫ q̄
cūqꝫ ad religionē venire voluerit: īgrediat̄ vnā de religio
nib⁹ approbatis. ¶ Nonulli tn̄ ꝓfane mltitudinis viri
q̄ vulgarit̄ friſcelli: ſeu frēs de paupe vita: ac bizoti: ſiue
beguini: vl̄ aliȷ́s noīb⁹ nūcupati: in ptib⁹ ẏtalie: nec nō ⁊
in īſula ſicilie: ⁊ comitatu ꝓuīcie narbone ⁊ tholoſe ciuita
tib⁹ ⁊ diocesib⁹ ⁊ ꝓuīciȷ́s: aliȷ́ſqꝫ diuerſis citramarinis ⁊
vltramarinis ptib⁹: cōtra dictos canones hītū noue reli-
giōis aſſumere: cōgregatiōes ⁊ cōuēticula facere: ⁊ ſupio
res ſibi īpis eligere: quos mīſtros ſeu cuſtodes: vl̄ gardia
nos aut noīb⁹ aliȷ́s apellāt: pl̄imos ad eoꝝ ſectā recipe lo
ca etiam de nouo conſtruere: ſeu conſtructa recipere: in q̄
bus hītāt ī cōi publice mēdicātes: vt eoꝝ ſecta eēt q̄ſi vna
de religiōib⁹ p apl̄icā ſedē approbatis: temeritate dāpna
bili p̄ſumpſerūt ⁊ p̄ſumūt etiā īceſſant̄. Et vt ipoꝝ error
veritas: ⁊ ipietas religio reputet̄: pl̄imi eoꝝ: regulā ordis
frm̄ minoꝝ q̄ꝫ ſctūs frāciſc⁹ inſtituit ſe ꝓfiteri ⁊ ad lr̄am
obſuare cōfingūt: quāq̄ꝫ ſub obediētia general̄ vl̄ ꝓuin
cialis mīſtroꝝ ipi⁹ ordis nō morent̄ p̄tēdētes ſe a ſctē me
morie celeſtino pape. v. p̄deceſſore nr̄o huiuſmōi ſtat⁹ ſeu
vite p̄uilegiū hūiſſe: qđ tn̄ etiā ſi oñderēt: nō valeret: cum
bone memorie bonifaci⁹ papa. viij. p̄deceſſor nr̄ ex certis
cauſis rōnalib⁹ oīa p̄uilegia ab ipſo celeſtino p̄deceſſore
nr̄o cōceſſa q̄ per ipſum bonifaciū nō cōtingerit appro-
bari: virib⁹ penit⁹ vacuauit: dictūqꝫ p̄uilegiū nō īueniat̄
p eundē bonifatiū approbatū. ¶ Quidā autē eorū dictū
habitū ⁊ viuēdi ritū a quibuſdā ep̄is: ſeu eorū ſupiorib⁹
vel aliȷ́s eccleſie prelatis ſe recepiſſe pretēdunt: quos nec
eis recipere: nec predictis epiſcopis: vel eorum ſupiorib⁹

© Biblioteca Nacional de España

vel aliis eccl'iarum prelatis cōcedere licuit cōtra formā cōcilij genealis. ¶ Nōnulli ex ipis aſſerētes ſe eē de.iij.ordīe ſci frācisci de pñia vocati: pdictū ſtatū et ritū eorum ſub velamine talis nois ſatagūt palliare. et cū in regula toti9 ipi9 tertij ordis talis viuēdi rit9 nullaten9 ſit cōceſſ9: qr in errorum baratrū facil'r ruūt q̄ cōcept9 pprijs prm diffinitiōibus ante ponūt: ipoꝝ quorum plimi ſicut fide digna relatione pcepim9. a v'itate catholice fidei deuiātes eccl'iaſtica ſacramēta deſpiciūt. ac errores alios ſtudēt multipl'r ſeminare. ¶ Cū itaq; taliū dāpnāda temeritas. i eiuſdē fidei detrimētū. fideliū ſcādalū. pfati minorum et aliorum ordinū opprobriū. et alias etiā in ſuarum et aliarum multarum aiarum pniciē redūdare noſcat. Nos ſectā / ritū / et ſtatū huiuſmodi nō obſtātibus pmiſſis eorum excuſatiōibus q̄s friuolas reputam9: et q̄cq̄d p eos cōiter vel diuiſim. ſub religiōis. cōuēt9. collegij. ſeu cōgregatiōis noie vel colore attētatū extitit vl' exiſtit: de frm nrorum cōſilio auctoritate apl'ica. nullius fuiſſe et eē decernim9 firmiter: et q̄ten9 de facto pceſſerūt: de conſilio et auctoritate pmiſſa reuocamus oino: ac ppetue phibitiōi ſubicim9: et ab eccl'ia dei penit9 abolem9: eiſdē pſonis et alijs q̄buſcūq;: ſub pena excōicatōis q̄s eas ſi ſec9 fecerit icurrere volum9 ipo facto. iniūgētes expſſe: ne ſtatū ſiue ſectā. et ritū huiuſmōi ab ipis aſſūptū ſectēt vlteri9. vl' ipm de nouo aſſumere quo quomō pſumat. Epos quoq; et eorum ſupiores: et alios platos quoſcūq; q̄ pdictis pſonis vel alijs ritū viuēdi et hitū ſupradictos pter apl'ice ſedis auctōtē deīceps cōceſſerit: pdicte excōicatiōis pene ipſo iure decernim9 ſubiacere. dignū enim ē: vt adulterinas plātatiōes quas nō pater celeſtis: ſed hūane temeritatis audacia plantat: apſtolici culminis cenſura diuellat: nec patiatur in agro dñico peruerſe cogitationis vepres oriri vel plātare: cui propriū eſt diuina opitulāte gratia virtutes ſerere: ac vicia radicitus extirpare. Nulli ergo. etc.

© Biblioteca Nacional de España

Datū auiniō̄n.iij.kalēdas apl̄is pōtificatꝰ nr̄i. Anno.ij.

## ¶ Errores pſeudo fratrū minorū.

DEcima ſeptima queſtio eſt: de hereſibus ⁊ erroribꝰ qui per nōnullos aduerſarios veritatis opponētes ſe dictis determinationibus factis per dictū dominū iohanē papā. xxij. de proprio ⁊ comuni aſſerunt mēdacit atqꝫ falſe. Et notādū ꝙ poſt predictas determinationes factas de ꝓprio ⁊ comuni in cōſtitutionibꝰ. Cū inter nō nullos. Et qꝛ quorūdā: ꝗ plureſ pſeudo fratres minores a comunibus fratribus vita ⁊ moribus bt̄i frācisci deuiātes: dixerūt ac falſo aſſeruerūt infra ſcriptas hereſes ⁊ errores ſequi ex dictis cōſtitutiōibus quas dn̄s benedictus papa.xij. dū eēt cardinalis recollegit atqꝫ ſoluit ꝑ modū qui ſequitur. Nā ipſi heretici poſuerūt.xvj.impugnationes cōtra cōſtitutiones ſupradictas.quas dn̄s benedictꝰ xij.mirabiliter ſoluit. ¶ Prima impugnatio ē: ꝙ aſſerūt pro ſui erroris fundamēto: ꝙ apoſtoli ⁊ religioſi vitā apoſtolorū ſequētes nō hūerūt nec habēt in rebꝰ cōſumptilibus vſu aliqd̄ ius dn̄ij ⁊ proprietatis. aut ius vtēdi i ſpāli vel comuni.ſed vſum ſimplicē facti. dn̄io ⁊ proprietate taliū rerū penes aliū remanēte. ¶ Ad iſtud reſpōdet dn̄s benedictꝰ papa.xij. ⁊ dicit: ꝙ p̄dictū fundamētū eē hereticū declaratū ē ꝑut in decretali: cū inter nōnullos cōtinetur: vt diligēter cōſiderāti appet: cōtrariat̄ ſcripture diuine: ſctōꝝ prm̄ doctrīe: ⁊ cōſuetudini totiꝰ eccl̄ie. ¶ .ij. ipugnatio ē: qꝛ dicūt: ꝙ dictā pauptatē fuiſſe xp̄i ⁊ apl'orū: determinauit dn̄s nicholaus papa.iij.in.§.porro abdicatio ꝓprietatis oīuꝫ reꝝ. ⁊ etiā i cōſtitutōe exijt. ¶ Rn̄dit dn̄s bn̄s: ꝙ illd̄ i dicta cōſtitutiōe cōtinet̄. tn̄ ſcripta diuia veꝝ eē ibi non oñdit: ſed ſolūmō narrat̄. ⁊ tn̄ iā nos oñdimus ꝙ cōtrariū haberi pōt ex ſcriptura apl'ica ⁊ euāgelica. ex

© Biblioteca Nacional de España

qua ſcriptura mot⁹ dñs nr̄ iohãnes papa: declarauit di⸗
ctã aſſertionē ſi ꝑtinax eēt: hereticã eē cõtrariã diuine ſcri
pture: nec hoc aſſerit ſimpliciť ⁊ determĩatiue dñs nicho
la⁹ q̄ dictã cõſtitutionē fecit: ſʒ ſolũmõ hoc dicit incidēter
⁊ narratiue: poſito etiã ꝙ determĩatiue diceret: nõ obſtat
cũ cõtrariũ inueniať in ſcriptura diuina ſi diligēter atten
dať: vt nũc ē ꝑ eccłiã determinatũ. ⁊ patet etiã ex ſupradi
ctis ĩ tractatu ꝑdicto. ¶ .iij. impugnatio ē: ꝙ in hijs q̄ ꝑti
nēt ad fidē vel ad mores: qđ determinatũ eſt ſemel ꝑ vnũ
ſũmum põtificē: nõ põt ꝑ aliũ reuocari: ſʒ talis ē aſſerto
dñi nicholai de xp̄i ⁊ apłoꝝ paupꝑtate. ¶ Reſpõdit dñs
bñs dicēs: ꝙ falſum ē: qꝛ petrũ qui non ambulabat recte
ſꝫm veritatē euãgelicã reprehendit ⁊ correxit paul⁹. vt pꝫ
galis. ij. ⁊ tñ nõ erat ſibi par: ſed inferior. ¶ Jtē ſtephan⁹
papa determinauit: ꝙ nullus baptizatus ꝑ quoſcũqʒ he
reticos veniēs ad eccleſiã: rebaptizaretur: ſanctus autē ci
prian⁹ cũ multis epis in affrica celebrãs cõciliũ determi⸗
nauit oppoſitũ: videlicet: ꝙ baptizati a quibuſcũqʒ here
ticis. ſi ad eccłiam catholicã veniant: rebaptizãdi ſunt re⸗
ꝓbans in hoc ſtephanũ papã. vt patet in cipriani epiſto
lis ad imbaiariũ. ad ſtephanũ. ⁊ ad ponpeiã. ¶ Concilium
autē nicenũ vtrãqʒ oppoſitionē. ſancti cipriani ac ſtepha
ni pape correxit: đterminãdo ꝙ baptizati ab hereticis nõ
ſeruãtibus formã eccleſie: venientes ad eccleſiam baptizē
tur. ab alijs vero hereticis baptizati: nõ rebaptizentur. vt
nõ ſit cõtra articulũ fidei. vnũ baptiſma. ¶ Jtē ꝑ mł'tos
romanos põtifices determinatum fuerat: ꝙ matrimoniũ
factũ infra. vij. gradũ conſanguinitatis debebat ſepari. ⁊
ꝙ coytus cũ muliere que erat infra dictũ gradum erat in
ceſtuoſus. vt patet. xxxv. q. prima. c. nullum: hoc autem re
uocatũ eſt per alios. vt patet: extra: de cõſangui. ⁊ affini.
c. non debet: vnde nunc licet in. vj. gradu conſanguinita⸗
tis matrimoniũ fieri: etiã ſi aliqs mł'ierē in dictis gradib⁹

© Biblioteca Nacional de España

exiſtētē carnalr̄ cognoſcat:non cōmittit inceſtū. Itē extra de eo q̄ cognouit cōſanguineā vxoris ſue.c.diſcretionē tu am:ďr ibi:ꝙ cū q̇dā legitime matrimoniū contrariſſet cū q̄dā:q̄ꝫ anteq̄ꝫ carnalr̄ cognoſceret:cōſanguineo ſuo ī cō iugio tradidit renitētē. Ille cū quo matrimoniū cōtraxit carnalr̄ eā cognouit. Cū ipa vellet poſtea reuerti ad p̄o rē maritū:⁊ ſup̱ hoc dubitaret̄: an fieri deberet:papa rn̄ dit: ꝙ lꝫ q̇dā p̄deceſſor ei⁹ alexād̄er determinauerit:tn̄ ipe dicit:ꝙ ſi mulier hoc vult:licite pōt ⁊ dꝫ p̄ori viro reſtitui Et tn̄ manēte determinatiōe dicti pape p̄deceſſoris ſui:ec cleſia reputaſſet iceſtū:ſi talis mulier carnalr̄:iungeret̄ p̄ ori marito. Itē extra de ſpōſa duoꝝ.c.lꝫ.ďr ꝙ quidā p̄de ceſſores dn̄i alexādri.iij.iudicauerūt:ꝙ inter virū ⁊ vxorē legitimū matrimoniū p̱ verba de p̄n̄ti exp̄ſſum eēt cōtra ctū ſiue iuramēto interpoſito:ſiue nō:ſi poſtea mulier nu beret alteri a quo carnalr̄ cognita eēt: nō debebat ſepari ab iſto.ij. Et tn̄ alexād̄er papa ibi dicit:ꝙ matrimoniū ta liter cōtractū dꝫ ſepari a ſcd̄o ⁊ reſtitui p̄mo. Et ſic patet ꝙ p̄mi romani pōtifices male ſenſerāt de ſep̱atiōe ⁊ de in diſſolubilitate matrimonij. Ex q̇bus cōſtat: ꝙ illď circa fidē ⁊ mores qď male determinatū ē p̱ vnū papā.vl̄ p̱ cō ciliū.pōt p̱ aliū ꝑſpecta meli⁹ veritate corrigi ⁊ emēdari. Ideo nō ē mirū ſi dn̄s iohānes diligēti deliberatione cū mľtis peritis in theologia ⁊ in vtroqꝫ iure h̄ita:reuocauit q̄ male dixerat dn̄s nicholaus: de xp̄i ⁊ apľoꝝ paup̱tate. ¶.iiij.ipugnatio ē:q̄r dicūt: ꝙ ſi cōtēta ī p̄dicta decretali exiſt:ſint falſa ⁊ hereticalia:ſeq̄t̄ ꝙ papa nico.errauit ī fi de catholica.⁊ hereticus fuit. ¶ Reſpōdet ad hoc dn̄s be nedict⁹ dicēs ꝙ nō:q̄r dū voluntas nō ſit in crimine: ſi ex defectu humane intelligētie error contingat:nō eſt ſimpli citer culpabilis error:taliter ꝙ debeat pro errore dāpna bili reputari: vt patet in petro quē paulus reprehendit:⁊ in ciprinno martyre quē ſic excuſat auguſtin⁹ in libro de

© Biblioteca Nacional de España

baptiſmo contra donaſtiſtas. Jtē quia dicit auguſtinus
ad eſycium error vitandus eſt qui ab homine vitari po-
teſt ſed mihi quiſquā nō videtur errare cū aliquid neſci-
re ſe ſcit: ſꝫ cū putat ſe ſcire quod neſcit. Faciēs aūt decre-
talē exijt nō videbatᷣ ꝙ putaret ſe veritatē fidei ac morū
determinare certitudinaliter qđ ſcientia requirit: qꝛ dixit
quod ſi aliquod dubium in ſua declaratione inſurgeret:
nō per quoſcunqꝫ ſed per romanū pōtificē declarari ha-
beret. multū autē dubitabile erat illud qđ dixerat de pau
pertate chriſti ⁊ apłoꝝ: ⁊ an vſus in oībus rebꝰ poſſit ſe-
parari a dominio ⁊ proprietate: ideo potuit ⁊ debuit dñs
ioānes illud dubium declarare: cum cōtrariū ex ſcriptura
diuina ⁊ legali poſſit deduci. Et ſic dñs nicolaus nō in fi
de errauit ſimpliciter: qꝛ nō putauit vł putabat ſe ſcire qđ
neſciebat: ſꝫ putabat ſe ſcire qđ nō ſciebat: alioqn̄ fruſtra
⁊ ſine cauſa ſi crederet ſcire ſe p̄dicta aliquē correctorē vł
emēdatorē vellet habere: cum illud qđ veraciter ſcit ſic eſ
ſe: impoſſibile ſit alit̄ ſe habere ⁊ ita ipſe nō errauit ꝑnicio
ſe: nec eccleſia ſequēs eū: qꝛ ſub declaratiōe et correctione
auctoritatis apłice ſedis illa q̄ dixit aſſeruit: ꝓpter qđ eiꝰ
error venialis ⁊ humanus fuit: nec error ſimpliciter debꝫ
dici: vt patet per dictū auguſtinū ſupra inductū: ⁊ cōſimi
liter diſputās cū pro hoīe excuſat ſctm̄ petrū. ¶.v. impu
gnatio ē: ꝙ dicta decretalis: exijt: fuit per vniuerſalē ⁊ ſan
ctā eccleſiā approbata et in concilio generali vienēſi ap-
probata ⁊ cōfirmata. ¶Reſpōdit ad hoc dñs bn̄dictus
dicēs: ꝙ nunq̄ꝫ fuit approbata per vniuerſalē eccłiā nec
aliter niſi ut cōmunes cōſtitutiones papales: nec fuit ap-
probata nec improbata in p̄dicto cōcilio: nec dñs clemēs
v. in decretali exiui de p̄adiſo dixit: ꝙ dictā decretalē: exi-
it cōciliū generale approbauit vel cōfirmauit. ¶.vj. im-
pugnatio ē: qꝛ dicūt ꝙ ſequitᷣ eccłiā romanā multis ānis
erraſſe i fide qđ ē cōtra articulū fidei: credo in vnā ſctām



© Biblioteca Nacional de España

catholicā ⁊ aplicā eccliā. ¶ Reſpōdit ad hoc dn̄s bn̄di-
ctꝰ dicēs: ꝙ nō ē imputādus error eccłie catholice: ſi aliqͦd
difiniat papa: vel ecclia: vel cōciliū generale nō ꝑtinens
ad fidē ⁊ mores: qꝺ pro tūc qn̄ diffiniebaᷓ: nō facta plena
diſcuſſiōe fuit diffinitū: qꝺ tn̄ poſtea per diligētē inqͥſiti-
onē factā appet cōtrariū eſſe verū frequēter enī cōtigit:
ꝙ multa ꝑus determinata per cōciliū vel per papā: ſunt
poſtea reuocata: ſicut patet per ſupradicta: ⁊ maxime in
caſibꝰ vbi ſacra ſcriptura loquitᷓ oīo clare ⁊ expſſe. Unde
talibus liberū eſt abſqꝫ nota heretice prauitatis oppina
ri cōtraria: an̄ ecclie determinationē ſub articulo fidei po
ſitā: vnde ſicut in dn̄o nicolao nō fuit error ꝑnitioſus: ſed
venialis ex cauſis ſupradictis: nec in ſequētibꝰ ē an̄ deter-
minatiōeꝫ dn̄i ioānis. Qꝺ āt fuerit pctm̄ veniale in ecclia
circa p̄ntēꝫ materiā vł aliā: nō ē incōueniēs. Nā cū dicit
aplus ꝙ xp̄s ſibi exibuit ecclia ꝫ nō hn̄tē maculā neqꝫ ru-
gā: debet ītelligi de ecclia triūphāte: nō de militāte: vt di-
cit aug. i. li. retractationū. ¶. vij. ipugnatio ē: qr dicūt: ꝙ
ī decretali exijt cōtinetᷓ: ꝙ ī rebꝰ tꝑalibꝰ ē cōſiderare ꝓpe-
tatē: poſſeſſionē: vſū fructū: ius vtēdi: ⁊ ſimplicē vſum fa
cti: ⁊ vltimo tāqͥꝫ neceſſario eget vita mortaliū: licet alijs
carere poſſit qr nulla pōt eē ꝓfeſſio q̄ a ſe vſū neceſſarie
ſubſtētatiōis excludat: q̄ inqͥꝫ vſus nō iuris ſꝫ facti tm̄mo
do nomē hn̄s: qꝺ facti ē tm̄ ī vtēdo ꝑbet vtētibꝰ nihil iu-
ris. Rn̄dit ad hoc dn̄s bn̄s dicens ꝙ non valet: qr quo
ad illa: dicta decretalis ē correcta ⁊ emēdata rōnabilr̄ per
illū q̄ pōt: ⁊ ita cum ex ſtatuto correcto ⁊ emendato quo
ad illa q̄ ſūt correcta ⁊ emēdata arguāt: eoꝝ dicta nō cō-
cludūt. ¶. viij. ipugnatio ē: qr dicūt ꝙ multi romani pōti
fices ī rebꝰ tꝑalibꝰ vſu cōſumptibilibꝰ ⁊ nō cōſumptibi-
libꝰ vſu q̄ frībꝰ minoribꝰ offeruntᷓ: dantᷓ: vel cōceduntᷓ do
miniū romane ecclie ꝓuauerūt vſu tm̄mō ſimplicis facti
ipis frībꝰ derelicto. ¶ Rn̄dit ad hoc dn̄s bn̄s dicens: ꝙ
hoc fecerūt alij ſūmi pōtifices de rebꝰ q̄ nō cōſumūtᷓ vſu.

© Biblioteca Nacional de España

Dn̄s aūt nicola⁹ fecit hoc de oīb⁹ reb⁹: ſupponēs tn̄ di-
ctū ſuū correctiōi romani pōtificis: ⁊ ſic dn̄s ioānes tā ex
auctoritate iuris q̄z ex auctoritate ei reſuata p̱ dictū ſuū
p̄deceſſorē cōtrariū multis rōnib⁹ oñdit ⁊ determinauit.
¶.ix. īpugnatio ē. qꝛ dicūt ꝙ roman⁹ pōtifex diffiniuit ca
rētiā talis dn̄ij eē ſcām ⁊ meritoriā ⁊ ſic xp̄s ⁊ ap̄li viā p̱-
fectiōis oñdētes abdicationē hui⁹ dn̄ij docuerūt ⁊ ꝙ carē
tia talis dn̄ij nō ē infructuoſa dn̄o cū ſit meritoria ac eter
na ⁊ ꝓfeſſioni paupum oportuna. ¶ Rn̄dit ad hoc dn̄s
bn̄s dicēs ꝙ illud qđ hic dicūt correctū ē rōnabilr̄ p̱ illū
q̄ hoc corrigere poterat ⁊ debebat oñdēdo eē īpoſſibile ī
talib⁹ reb⁹ vſum facti ſepari a dn̄io ⁊ ꝙ ſi ſepar̄ dn̄iū: eēt
verbale ſimulatū ⁊ enigmaticū. ¶.x. impugnatio ē: qꝛ di
cūt ꝙ veniēs cōtra determinatiōez pape ⁊ romane eccl̄ie:
ē heretic⁹ cēſend⁹ ꝓpter qđ nō licuit alicui difinire cōtra-
riū đterminatiōis dn̄i nicolai. ¶ Rn̄dit ad hoc dn̄s bn̄s:
qđ illud nō ē verū niſi determinatio cōtineat̄ in ſcriptura
diuina vel ex ip̄a euidēter ⁊ neceſſario cōcludat̄: vel niſi ec
cleſia exp̄ſſe determinet ꝙ tale q̄d ſit tenēdū: ſic ꝑtinēs ad
fidei articulū đterminās ꝙ dicētes ⁊ tenētes cōtrariū ſint
heretici habēdi: qđ āt dicit dn̄s nicola⁹ de pauptate ⁊ ſep̱
atiōe dn̄ij ⁊ cetera: nō cōtinet̄ ī ſcriptura diuina nec pōt cō
cludi ex ea: nec fuit poſitū ſub articulis fidei. ¶.xj. ipugna
tio ē: qꝛ dicūt ꝙ dn̄s ioānes ſe ip̄m cōdēnat reprobādo: re
uocādo ⁊ ī cōtrariū faciēdo eoꝝ q̄ de xp̄i ⁊ ap̄loꝝ paupta
te decretalis: exijt. cōtinet: qꝛ tp̄s ātea ꝓnūciauerat đcreta
lē: exijt. exuit: ſalubriter editas: lucidas: multaq3 maturita
te digeſtas ꝓut ī cōſtitutiōe edita p̱ eū q̄ īcipit. quorūdā.
rep̄hēdit̄ euidēter. ¶ Rn̄dit ad hoc dn̄s bn̄s dicēs ꝙ nō
valet: qꝛ dn̄s ioānes in cōſtitutione quorūdā queſtionem
de xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ pauptate ⁊ in ſeparabilitate dn̄ij ab
vſu nō accipit determinandā ſed ſolū duos articulos de
veſtibus fratrum: ⁊ de congregando blado: vino et alijs



© Biblioteca Nacional de España

neceſſarijs in granarijs ⁊ celarijs ⁊ ĩ iſtis duobꝰ articulis ꝙ vult declaratiões dubias addere declaratióibꝰ dñoꝝ nicolai.iij.⁊ clemẽtis.v. Et ſic verba generalia q̃ ĩ ꝓlogo dicte cõſtitutióis: quoꝝũdã ꝑmittunt̃ ad certos articulos in narratiõe cõſtringunt̃: vt patet intuẽti eã. Poſito etiã ꝙ iſta verba q̃ iſti ponũt tũc dixerit q̃ztũ ad oĩa cõtenta in dicta cõſtitutiõe: exiſt qñ nódũ q̃ſtio de xp̃i pauptate erat vẽtilata: nõ eſt incõueniẽs ſi poſtea diligẽtiꝰ veritate q̃ſita ⁊ repta fore verũ cõtrariũ eoꝝ q̃ dixerat dñs nicolaus: dñs ioãnes dictũ ſuũ correxerit: aſſerẽdo ⁊ determinãdo cõtẽta de pauptate euãgelica in decretali nõ eſſe ſolida nec vera. Sic enĩ ⁊ ſc̃ti qḋ ꝑus dixerãt frequẽter poſterius correxerũt: qñ veritas magis incepit per diſputationes vel collectiões ſcripturarũ eis appere: nec erubuerũt ſua dicta corrigere: vt patet per auguſtinũ in ſuo. li. retractationũ ⁊ i. ſj. ep̃la ad marcellinũ. ¶ .xij. impugnatio ẽ q: dicunt ꝙ ſi papa ioãnes potuit reuocare determinata ꝑdicta per dñm nicolaũ: eadẽ rõne dñs ſummns põtifex poteſt oẽs difinitiões ſuoꝝ ꝑdeceſſoꝝ reuocare ĩ cõtrariũ ⁊ ſtatuere: ex quo totiꝰ fidei ⁊ auctoritate eccl'ie deſtructio ſequeret̃. ¶ Reſpõdit ad hoc dñs bñs dicẽs ꝙ nõ valet q: nõ ſequit̃: ꝙ ſi aliq̃ difinita incõſulte in materia abſolute nõ ꝑtinẽte ad fidẽ ⁊ mores: poſſuut ⁊ debẽt reuocari ergo oĩa cũ arguat̃ a ꝑticulari ad vniuerſale qḋ fieri nõ debet: q: vniuerſalis cõcluſio nõ ſequit̃ niſi ad ꝑmiſſas ⁊ vniuerſales. Jtẽ ea q̃ euident̃ ⁊ manifeſte cõtinent̃ in ſacra ſcriptura: vel ex ea de neceſſitate cõcludunt̃: ſnnt oĩa incõcuſſa ſtabilitate firmata nec reuocari poſſunt nec eorũ cõtraria ſtatui per quãcũq3 vt dicit aug. in. ij. li. de baptiſmo: ⁊ ielaſius papa in ep̃la ad ep̃os dardanie: de numero aũt taliũ nõ ſunt ea q̃ dixit de pauptate nicolaꝰ papapa nec vnq̃3 ꝑtinuerũt ſimplicit̃ ad fidẽ vel ad mores cũ cõtrariũ eẽt verũ ⁊ catholicũ: vt in ſuis ordinatióibꝰ

© Biblioteca Nacional de España

dñs ioánes papa euidéter oſtédit. ¶.xiij. impugnatio ē: q2 dicũt ꝙ ſm hoc in decretali.exijt.erratũ fuit in doctri-na ⁊ vita xpi ⁊ apoſtoloꝝ. ¶ Rñdit ad hoc dñs bñs di-cés: ꝙ verũ ē: nó tñ errore pnitioſo: cũ ad hoc ad plenũ ve ritas diſcuſſa nõ fuiſſet ſicut nũc eſt ſz errore veniali ſicut augu⁹ declarat de cipano ⁊ de petro per paulũ correcto: nõ.n.fuit volũtas in crimine: ſz defect⁹ humane intelligē tie potiſſime q2 dñs nicola⁹ dicta ſua ſuppoſuit correctio ni ſedis apłice. ¶.xiiij.impugnatio ē: q2 dicũt ꝙ ſequere-tur ꝙ in approbatiõe regule fratrũ minorũ eccłia errauerat. Reſpõdit ad hoc dñs bñs dicés: ꝙ nõ ſequit̃ tũ quia añ conſtitutionē. exijt.ſtat⁹ eorũ fuit approbat⁹ tũ q2 re-gula eorũ nõ dicit ꝙ nichil hēant in ꝓprio nec in cõmu-ni nec dicit ꝙ nõ habeãt aliqđ ius vtēdi nec dicit ꝙ ſolũ ſint cõtēti ſimplici vſu facti ad q̃ eos reſtringit cõſtitutio. exijt.que dñſa ē q̃ztũ ad hoc impoſſibilis et irrationabił per dñm ioãnē in ſuis cõſtitutiõib⁹ ſz dicit regula p̄dicta ꝙ viuãt ſine ꝓprio ⁊ ꝙ nihil ſibi approꝑent nec domum nec locũ nec aliquã rē q̃ verbis poſſunt verificari ſi ha-beant in cõmuni ſolũmodo ꝓhibet ꝙ fratres hēant pro priũ ſicut regule baſilij aug⁹.⁊ bñdicti. ¶.xv.impugna-tio eſt: q2 dicũt ſequi ꝙ in cõcilio dictã decretalē appro-bate erratũ fuit. ¶ Rñdit ad hoc dñs bñs ꝙ in nullo cõ cilio generali decretalis.exijt. fuit cõfirmata vł approba ta nec hoc poterit oñdi: ⁊ maxime cum cõſtitutio exiui de paradyſo: nõ fuit in cõcilio generali vieneñ. ſz poſt cõciliũ in auinioñ. vt hētur fide digna multoꝝ relatiõe. ¶.xvj. impugnatio ē: q2 dicũt ꝙ ſm hoc errauit eccleſia aliquos ſctõs de ordie fratrũ minoꝝ q̃ in pñti vita ⁊ doctrina diē clauſerũt extremũ canonizando pro ſctis. Rñdit ad hoc dñs bñs dicés ꝙ nec illi nec alij errabãt ſimpliciter erro-re dãnabili: ſz ſm q̃d errore veniali cõſtitutiõe exijt nõdũ correcta per eũ q̃ poterat: iõ canonizari alijs ſufraganti-



© Biblioteca Nacional de España

bꝰ meritis potuerũt: ſicut dicit aug. de btõ cipriano p̄mo li. de baptiſmo cõtra donatiſtas. ca. xvij. ⁊ xviij. ⁊ ille ut ꝺ baptizato aliter ſentiēs ꝙ̃ res ſe hēat qđ poſtea diligētiſſima deliberatiõe tractatũ ē in catholica veritate p̄manſit ⁊ charitatis vbertate cõpēſatũ ē ⁊ paſſiõis falſe purgatũ. Et cõſimiliter dici põt de ſanctis ordinis fratrũ minoꝝ canonizatis: ſi doctrinã decretalis. exiit. tenuerũt anteꝙ̃ per eccliam correcta ⁊ emēdata fuiſſet.

## ¶ De libris hereticalibus et erroneis in extrauagantibus condēnatis.

DEcima octaua q̃ſtio ē: ꝺ libris hereticalibꝰ ⁊ erroneis de q̃bꝰ agit̃ ĩ extrauagãtibꝰ per eccliam condēnatis. ¶ Notãdum ē ꝙ in extrauagãtibꝰ nullus liber appet vt talis cõdēnatꝰ niſi in extrauagãte dñi ioãnis pape xxij. q̃ incipit. vir reprobꝰ. i q̃: libellꝰ q̃dã ⁊ q̃ illũ cõtra cõſtitutiões ſupradictas: videlicet cũ inter nõnullos: ⁊ quia quorũdã: de ꝓprio et cõi cõfecerat: ⁊ ad ſtudia generalia miſerat: ⁊ in valuis eccliarũ ⁊ aliis locis affigi fecerat. ſ. frater michael de ceſana hereticus p̄dictus dudũ generał miniſter ordĩs fratrũ minoꝝ tãꝙ̃ hereticalis cum ſuo actore heretico cõdēnat̃. ¶ Idē etiã dñs ioãnes papa. xxij. auinioñ reſidēs: ĩformatꝰ ꝺ ꝑuerſa doctrina f̃ris petri ioãnis ꝺ ordie fratrũ minoꝝ cũ magno ꝯſilio multoꝝ ĩ theologia mḡroꝝ ⁊ doctoꝝ: cõdēnauit libros f̃ris petri ioãnis p̄dicti de ordie fratrũ minoꝝ vt vere hereticales. ſ. poſtillam ſup apocalipſ. poſtillã ſup math. poſtillã ſup ep̄las canonicas: ꝓpter errores cõtētos ĩ eis ⁊ hereſes q̃ recitant̃ ſupra. q. ix. ¶ Itē dñs papa alexãder. iiij. cõdēnauit librũ apellatũ euãgeliũ eternũ. quē edidit frater ioãnes ꝺ p̄ma monachꝰ ꝺ quo ſup dictũ ē. q. ix. ¶ Itē dñs gregoriꝰ papa. xi. cõdenauit libros q̃ ſecut̃. Raymũdi lulliĳ. ſ. librũ ꝺ

© Biblioteca Nacional de España

pphia amoris.librū de cētū dei noib⁹.librū ſniarū.librū cōtēplationū.librū de arborib⁹.librū de trecētis puerbi is.librū de cōtritiōe: cōfeſſiōe ⁊ ſatiſfatiōe. librū de orōe. librū orōnū q̄ ē ali⁹ a p̄dicto.librū amati ⁊ amici.librū d̄ bn̄dicta tu.librū d̄ ſctā maria.librū de articl'is fidei. librū de doctrina puerili.librū intētionū.librū de arte amatiua librū d̄ aīa.librū d̄ felicitate.librū apl'icū. librū de plāctu raymūdi. ¶Predicta āt.xx. volumina ſūt cōdēnata p̄ bullā dn̄i gregorij pape.xj.q̄ eſt tenoris ſequentis.

## ¶Bulla cōdēnationis librorū raymundi lullij.

GRegori⁹ ep̄s ſuus ſuor̄ dei: venerabilib⁹ frib⁹ archiep̄o terrachon̄.eiuſq; ſufraganeis.ſalutē ⁊ ap̄licā bn̄onē. Cōſuatione puritatis catholice fidei q̄ḃ m'lti neq; filij ſcelerati ſuis falſis aſſertiōib⁹ maculare nitētes inter triticū purū agri dn̄ici: peſtiferū ſemē zizanie ſemināt: cū ad nr̄m p̄cipue ſpectet officiū: vt euellam⁹ praua ⁊ deſtruam⁹ pūerſa puidere ſalubriter: ⁊ aīarū illaq̄atiōib⁹ obuiare: cōfeſti plenis deſiderijs affectantes oportuna in his q̄ poſſum⁹ remedia ſtudio paſtoralis ſolicitudinis adhibem⁹. Dudū ſiq̄dē dilect⁹ fili⁹ nicola⁹ eymerici ordis fratrū p̄dicator̄ pfeſſor ī ſacra theologia mag̃r ī regnis aragonie valētie ⁊ maioricarū iq̄ſitor heretice prauitatis nobis expoſuit: ſe ī regnis eis dē īueniſſe.xx.volumia diūſor̄ librор̄ ī vulgari ſcriptor̄ a quodā raymūdo lullij ciue maiorceñ.editor̄: ī q̄b⁹ ut ip̄i inq̄ſitori videbat̄: m'lti cōtinebāt̄ errores ⁊ hereſes manifeſte: ⁊ q̄ nōnulli d̄ p̄dictis ⁊ alijs regnis: libris vtebantur eiſdē: ⁊ eorum doctrine dabant fidē non modicā in grāde ſuarū periculū animarū. Supplicauitq; nobis inquiſitor ipſe: vt ne ſimplices deciperent̄ ex libris ip̄is: dignaremur in hac parte de opor-



BIBLIOTECA NACIONAL

© Biblioteca Nacional de España

tuno remedio ꝓuidere. Nos aūt cupiētes aīarū iā forſam imbutarū: ⁊ q̄ imbui poſſent ex ꝑuerſo dogmate librorū illoꝝ ꝑiculis celeriter obuiare: dictos libros ꝑ venerabilē frēm nr̄m petrū ep̄m oſtieñ. ⁊ ꝑ q̄s plures etiā vltra vigenū numerū in eadē theologia mag̃ros: examinari fecim⁹ diligenter: ꝑ quoꝝ relationē tādē habuimus q̄ ipi dictos libros oēs cū multa diligētia legerant ⁊ examinauerāt: ⁊ q̄ vltra ducētos articulos erroneos ⁊ hereticales inuenerāt in eiſdē ſuꝑ quib⁹ inter eoſdē ep̄m ⁊ mag̃ros ſepiuus ⁊ demū corā nobis hita diſputatiōe ſolēpni ipos articulos quos ad vitādū plixitatis tediū. ⁊ horribilitatē eorū haberi volumus pn̄tib⁹ ꝓ expſſis erroneos ⁊ manifeſte hereticales: de dictorū ep̄i ⁊ mag̃rorū cōcordi cōſilio cenſuim⁹ reputādos. Cū aūt ſicut inq̄ſitoris p̄dicti continebat aſſertio in predictis regnis alij libri qui aſſerunt̄ editi a iā dicto raymūdo repiri dicant̄ in quib⁹ huiuſmōi iā repti ⁊ alij errores ⁊ hereſes credunt̄ ꝓbabilr̄ conteneri: Nos volētes de huiuſmōi alijs libris ⁊ eoꝝ doctrina iformari plenarie ⁊ ſuꝑ eis ꝓuidere ſalubriter: ne fideles i errores huiuſmōi dāpnabilr̄ prolabant̄ fraternitati vr̄e de frm̄ nroꝝ cōſilio ꝑ ap̄lica ſcripta comittimus ⁊ mādam⁹ q̄tin⁹ dieb⁹ dn̄icis ⁊ feſtiuis i ſinglis eccl̄ijs vr̄is cathedralib⁹: ac curatis: nec nō religioſoꝝ quorūcūq3 ordinū exēptorū ⁊ nō exēptoꝝ etiā ciſtercieñ: cartuſeñ: cluniaceñ: grādimōteñ: ſctōꝝ benedicti: ⁊ auguſtini: ac frm̄ p̄dictorū: minorū: ⁊ heremitaꝝ eiuſdē ſcti auguſtini: ac carmelitarū: ⁊ dioceſib⁹ intra miſſaꝝ ſolēpnia exiſtētib⁹ ppl̄is ad diuia ⁊ in p̄dicatiōibus ꝑ vos vel alios quā cito comode poteritis faciatis ꝓponi: q̄ oēs ⁊ ſingule pſone vtriuſq3 ſex⁹: cuiuſcūq3 ſtat⁹: ordinis: vel cōditiōis exiſtāt eaꝝdē vr̄aꝝ ciuitatū ⁊ dioceſum: ſeu cōmorātes in eis habētes libros quoſcunq3 a prefato raymūdo editos vt prefertur: infra vnius menſis ſpaciū vobis aſſignare: ⁊ illi qui ſciunt ali

© Biblioteca Nacional de España

as ꝑſonas libros eoſdē hñtes: eas vobis reuelare ⁊ noīa re ꝓcurēt: voſq; libros recipi faciatis eoſdē: quos cū eos hūeritis q̄ʒ cito comode poteritis curetis nobis fidelit̄ deſtinare: vt ipos ſilī examini ſubicere valeam⁹. Ceterū q2 doctrīa ſeu poti⁹ dogmatizatio ꝑdictoꝝ libroꝝ examiatoꝝ reperit̄ erronea: hereticalis: ⁊ periculoſa nimiū aīabus ⁊ vehemēs ſuſpitio ē habēda q2 in alijs libris editis a dicto raymūdo ſimilis vel alij vt profert̄ cōtineant̄ errores: vobis mādamus q2 oībus ⁊ ſingulis eiſdē ꝑſonis vr̄arū ciuitatū ⁊ dioceſib⁹ doctrinā ſeu potius dogmatizationē ⁊ vſum huiuſmōi librorū īterdicere ſtudiatis donec ſuꝑ hijs ꝑ ſedē apoſtolicā aliđ fuerit ordinatū. Contradictores per cenſurā eccleſiaſticā appellatiōe poſtpoſita cōpeſcēdo nō obſtātibus ſi alliquib⁹ cōiter vel diuiſim a ſede apl̄ica ſit indultū: q2 interdici: ſuſpēdi: vel excōicari: aut extra vel vltra certa loca ad iudiciū vocari nō poſſint per lr̄as apl̄icas nō faciētes plenā ⁊ expreſſam: ac de v̄bo ad verbū de indulto huiuſmōi mētionē ⁊ quibus licet exēptiōis ac alijs ꝓuilegijs ⁊ lr̄is apl̄icis quibuſcūq; locis: ꝑſonis: vel ordinib⁹: ſub q̄cūq; forma vel expreſſiōe verborū ab eadē ſede cōceſſis: de quib⁹ quorūq; totis tenoribus etiā de verbo ad verbū in nr̄is lr̄is mētio ſit hñda: ⁊ ꝑ q̄ preſentis mādati nr̄i effect⁹ valeat quōlicet īpediri. Inſuꝑ volum⁹ q2 ꝑ te frater archiepe tenor p̄ntiū ſub tuo vl' officialis tui ſigillo nr̄is frib⁹ tuis ſuffraganeis cui trāſmitat̄ adhiberi volum⁹ velut ipis origialib⁹ plenā fidē. Datis auinioñ. viij. kalēdas februarij: pōtificat⁹ nr̄i. Anno. vj.

## De libris hereticalib⁹ et erroneis ꝑ inquiſitores cōdēpnatis.

d Ecima nona queſtio eſt: de libris hereticalib⁹ ⁊ erroneis per inquiſitores cōdēpnatis. Nā tēpore dñi gregorij pape. xj. dñs petr⁹ archiep̄⁹

BIBLIOTECA NACIONAL

© Biblioteca Nacional de España

terrachoñ: ⁊ frater nicholaus eymerici ordinis fratrũ pre
dicatoꝝ inq̃ſitor aragonie: vt vere hereticales ⁊ erroneos
quedã librũ de demonũ inuocatiõe q̃ incipit: mia ⁊ veri-
tas: ⁊ quedã aliũ q̃ incipit: vtrũ q̃libꝫ infidelis tã diuinis
q̃ꝫ apoſtolicis canonib⁹ teneat̃ obedire: ⁊ quedã alia ca-
pitula: vt oĩa hereticalia ⁊ erronea edita ꝑ quendã ray-
mũdũ neophitũ ſentẽtiarũt ⁊ cõdẽpnarunt propter here
ſes ⁊ errores in eis cõtentos: vt ſupra patet. q. x. ¶ Itẽ tpe
dñi clemẽtis pape. v. fuit in ꝑtibus cathalonie q̃dã mag-
nus medic⁹: vocat⁹ magiſter arnald⁹ de villa noua: qui
de theologia cõdidit m̃ltos libros: quos tanq̃ꝫ falſos ⁊ er
roneos auctoritate apl'ica: lꝫ nõ de expreſſo mandato dñi
nr̃i pape: frater iohãnes de leugerio ordinis fratrũ p̄dica
torũ inq̃ſitor aragonie ⁊ gaufred⁹ de crudillis vicari⁹ ge
neralis eccl'ie terrachone ſede vacãte ſententialiter cõdep
narũt libros infra noĩatos. Librum qui intitulat̃: de hũi
litate ⁊ patiẽtia ieſu xp̃i: qui incipit: ſi lamor natural. Itẽ
librũ qui intitulatur de fine mũdi en res ꝑ vr̃es lr̃es. Itẽ
libellũ qui intitulat̃ informatio beguinorũ ſeu lectio nar-
bone: ⁊ incipit: tots aquells. Itẽ libellũ qui intitulatur:
ad proriſam vel de caritate: qui incipit: beneytſia ⁊ loat ie
ſu criſt. Itẽ libellum qui intitulatur: apologia: qui incipit
ad ea q̃ per vr̃as litteras. Itẽ libellũ ſeu litterã que inci-
pit: domino ſuo chariſſimo. Itẽ libellũ qui intitulatur: de
nũciatio facta corã domino epiſcopo gerũdeñ: que ĩcipit:
corã nobis. Itẽ libellũ qui intitullatur: de elemoſyna ⁊ ſa
crificio: qui incipit. Al catholich inquiſidor. Itẽ libellũ q̃
intitulatur: alia informatio beguinorũ: ⁊ incipit. Als cul-
tiuados. Itẽ libellum qui incipit: per ço cõ mol's deſejen
ſaber. Item libellum qui incipit: deuant vos ſenyor don
jac per la gratia de deo ſenyor daragon. Itẽ libellũ q̃ in-
cipit: quãt fui auiniõ. Itẽ libellum qui intitulat̃: reſpõſio
cõtra bernardũ ricardi. Iſti libelli fuerunt condempnati

© Biblioteca Nacional de España

ꝑpter mł̄tos errores ī eis reptos qui recitant̄ supra.q.xj.

## ¶ De quibuſdam fratribus minoribus propter diuerſas hereſes igni traditos.

Vicesima queſtio ē: q̄ tp̄e dn̄i clemētis pape vj. per dn̄m cardinalē albū̄ delegatū in negocijs fidei fuerunt cōdempnati tanq̄ʒ heretici ꝑtinaces in auinioñ: vbi tūc romana curia reſidebat ac etiā cōcremati duo frēs minores: vnus vocabat̄ frater iohānes de caſtilione. Alter frater frāciſcus de archata. Poſtea tp̄e dn̄i innocētij pape. vj. fuerūt cōdēpnati ꝑ eundē dn̄m cardinalē albū alij duo frēs minores: ibidē auinione: tanq̄ʒ heretici ꝑtinaces: traditi curie ſeculari: ⁊ poſtea concremati: quorū vnus vocabatur frater mauricius: ⁊ alter frater iohānes. Poſtea tp̄e vrbani pape. vj. fuerūt nouē frēs de ordine beati frāciſci: quorū quidā fuerūt frēs minores: quidā fratriſcelli de. iij: ordine in viterbio vbi tūc romana curia reſidebat: tanq̄ʒ heretici ꝑtinaces cōdēpnati ⁊ arſi traditi brachio ſeculari: quorū noīa in proceſſibus continētur. ¶ Extra romanā curiam fuerunt q̄ʒ plures alij tanq̄ʒ heretici ꝑtinaces cōdempnati. ¶ Nā tēpore dn̄i bonifacij. viij. fuit per epiſcopū parmēſem: ⁊ ꝑ fratrē māfredū ordinis predicatorū inquiſitorē cōdempnatus geraldus legarlini tanq̄ʒ famoſiſſimus heretic⁹ ⁊ cremat⁹ in ciuitate parmēſi ī ytalia. ¶ Poſtea tēpore dn̄i iohānis pape. xxij. in marſilia ꝑ ep̄m ⁊ inq̄ſitorē de ordine fratrū minorū: fuerūt cōdēpnati ⁊ cōcremati tanq̄ʒ heretici pertinaces: quattuor fratres minores. ſ. fr̄ iohānes barrā: fr̄ guillelm⁹ ſantoni: fr̄ deodat⁹ michaelis: ⁊ fr̄ pōtius rocha. ¶ In carcaſſona etiā. fr̄ bernardus de eſpinaſera: frater raymundus lobeti: frater iohannes de eccl̄ijs: fr̄ hugo de milianis: fr̄ petrus arrufati: frater guillelmus viorıani: fr̄ alioſus de ceſano: fr̄

© Biblioteca Nacional de España

petrus de curlato. frater raymūdꝰ de cruce. frater petrus
magrī. frater frācilcꝰ de tholoſa. frater guillelmꝰ arnaldi
frater arnaldꝰ tāclerij ⁊ frater gaufridꝰ oēs iſti frēs mino
res ⁊ ſoroꝛ q̄dā eiuſdē oꝛdis fuerūt tāq̄ȝ heretici ptinaces
per epm ⁊ inq̄ſitoꝛes cōdēnati ⁊ cōcremati. ¶ In tholo-
ſa etiā frater petrꝰ geraldi. frater petrꝰ hoſpitalis. frat pe
trꝰ de honoꝛibꝰ. frater petrꝰ calueti. frater raymūdꝰ ō bri
xio. frater petrꝰ moꝛerij. frater bernardꝰ de iacoba ⁊ frat
guillelmꝰ de auiniōe: oēs iſti fratres minoꝛes cōdēnati ve
lut heretici ptinaces fuerūt ⁊ cōcremati. ¶ In auinione:
frater martinꝰ de narbona. frater frāciſcꝰ de archata ⁊ fra
ter ioānes caſteliōis ⁊ duos fratres de ſauoya. oēs iſti fra
tres minoꝛes tanq̄ȝ heretici fuerūt cōdēnati ⁊ cōcremati.
¶ Itē in capite ſtagni: frater ioānis boꝛra. frater petrus
canonici. frater iacobꝰ de riuis. frater ioānis martini. fra
ter bernardꝰ leōis. frat bernardꝰ ſurriōis ī peſenaco. frat
raymūdus foꝛnerij. frater petrꝰ alioni ⁊ frater ioānes del
mezoa ⁊ frater guillelmꝰ ſeni. ¶ Item in lunello: fratres
guillelmꝰ fabꝛi. petrꝰ dei. raymūdus cāba. petrꝰ alfandi.
berēgarꝰ. veſianꝰ. guillardꝰ. andꝛicus. ſoroꝛ ioāna. ſoroꝛ
beatrix. ſoroꝛ baſeta. ſoroꝛ ſclamūda. ſoroꝛ hermeſſendis.
ſoroꝛ aſtruga ⁊ alia quedā ſoroꝛ. ¶ In lodena: frater ſte-
phanus de ſereto. frater bernardꝰ peyroti ⁊ frater frāciſ-
cus barchoni. ¶ Item in narbona: frater madius de bꝛu
diſio frater petrus de bꝛanchis. frater bernardus amillij.
frater raymūdus de pꝛenacho. frater bonus hō de vaſco
nia. frater petrꝰ de elna. frater bernardꝰ de argilerijs. fra
ter guillielmꝰ de vrgelrijs. frater guillelmꝰ leopdi. frater
caſtellio de girōda. frater iacobꝰ de cruce. frater beſerꝰ ō
narbona. frater furnerꝰ de foꝛēſaco. frater petrꝰ alanar-
di. Soroꝛ bꝛemūda. ſoroꝛ heliſabeth de ſcō geneſio. ſoroꝛ
romana caſtellana. ſoroꝛ raymūda de carāta. ſoroꝛ ricar-
da de coꝛebia. ¶ Itē in gerūda fuerūt cōbuſti. frat petrꝰ

© Biblioteca Nacional de España

durādi de baldacho. ꝛ fr̄ arnaldꝰ durādi. ꝛ qdā soror io-
hāna. In barchiñ. fr̄ petrꝰ olerij de maioricis. fr̄ bernar-
dꝰ ianuarij. fr̄ guillelmꝰ stephi. fr̄ bonanatꝰ sacerdos. ꝛ
qdā nicholaꝰ de calabria. ¶ Itē in valēcia. fr̄ guillelmꝰ
gilberti. fr̄ martinus petri: ꝛ mulier quedā petra arnalda
dicta. In biterrijs fr̄ guillelmꝰ amili. fr̄ staciꝰ de biterris
ꝛ fr̄ guillelmꝰ petri fr̄ petrꝰ bruni. fr̄ bernardꝰ. fr̄ croatꝰ.
fr̄ petrꝰ. fr̄ bernardꝰ serti. fr̄ iohānes olerij. ꝛ soror ermer
gardis virgo etatis. xv. ānorū. ¶ Itē i venecijs. fr̄ frācis-
cꝰ de instorio. In neapolim frēs. petrus fabri cathalanꝰ.
de barchinoñ. ꝛ quidā aliꝰ fr̄ epus. In anglia. frēs qttu-
or: quoꝝ noīa memorie nō habētur. In burgūdia ciuita-
te metēsi. fr̄ albertꝰ de clarēça. fr̄ molinariꝰ petri: ꝛ qttuor
alij. oēs isti pdicti frēs minores vt ptinaces heretici sunt
cōcremati. Post quoꝝ cōbuscionē qꝫ plures beguini fue
rūt vt heretici cōdēpnati: qui asserebāt plures supradicto
rū fratrū minorū eē martyres xp̄i credētes erroribus eo-
rūdē. Tēpore dn̄i clemētis. vj. in ciuitate biterris de man
dato eiusdē fuit exhumatus frater guillelmꝰ amilli de or-
dine fratrū minorū: qui post mortē hereticus danpuatus
eius ossa tracta de fossa combustasunt.

## ¶ Errores grecorum.

Q Uestio. xxj. de erroribꝰ grecoꝝ in qbus vs-
qꝫ hodie pseuerāt. Primꝰ error est: qꝛ spūs
sctūs non pcedit a pr̄e ꝛ filio: sꝫ a solo pr̄e.
¶ .ij. error ē: qꝛ nō pōt cōfici de azimo: sꝫ de
fermēto tm̄: ꝛ i istis duobꝰ erroribꝰ: scti do
ctores grecoꝝ. Athanasiꝰ: cirillꝰ: gregoriꝰ nazarenus: ba
siliꝰ: crisostomꝰ: nec grecoꝝ alij sci pr̄es cōsenserūt. Est tñ
verū qꝛ nōnulli scti doctoris loquētes in caute errores qꝫ
plimos posuerūt: q errores siue articli lꝫ vt cōstat sint fal
si: ꝛ qꝫ ples erronei: tñ possunt vt scūs thomas rñdēdo ad

BIBLIOTECA NACIONAL

© Biblioteca Nacional de España

dictos articulos de mādato dñi vrbani.iiij. poſſunt expo ni ī libro q̄ intitulat̄ cōtra errores grecoꝝ. vbi dic̄ ꝙ ꝓpt̄ dictoꝝ doctoꝝ dignitatē nō ſūt cōdēpnādi:ſ ȝ reuerēt̄ expo nēdi:⁊ lȝ ſint plēs tñ ꝑncipales ⁊ pei⁹ ſonātes fuerūt hij q̄ ſequūtur. ¶ Prim⁹ error ē:ꝙ ī diuinis eēntia ē genita ī fi lio. ¶.ij.ē:ꝙ in diuis eēntia ē inſpirata ī ſpū ſcō. ¶.iij.ē:ꝙ ſpūs nō mittit filiū. ¶.iiij.ē ꝙ fili⁹ dei aſſūpſit hūanā na turā in ſua eſſentia. ¶.v.ē:ꝙ hō fuit aſſumpt⁹ a filio dei. ¶.vj.ē:ꝙ creatura creatori nō cōpat̄. Predictoſ articl̄os poſuit athanaſi⁹.ī.iiij.ſmone geſtoꝝ niceni cōcilij. ¶.vij. ē:ꝙ ſpūs ſcūs ē ymago filij. ¶.viij.ē: ꝙ fili⁹ ē ī pr̄e tāꝗ ī ſua ꝓpria ymagie. ¶.ix.ē:ꝙ diuia eſſentia increata ē cō-cepta ⁊ nata de btā ꝟgie maria. ¶.x.ē: ꝙ diuia eēntia ſeu deitas facta ē hō. ¶.xj.ē:ꝙ de⁹ fecit hoīeȝ deū. ¶.xij.ē: ꝙ a xp̄o fuit amota ymago ꝑmi ꝑ̄tis. ¶.xiij.ē: ꝙ qui ſemel blaſſemauit:īpoſſibile ē nō blaſſemare. ¶.xiiij.ē:ꝙ fides nō ē nobis miſtrata ꝑ angeloſ. Hos articl̄os poſuit atha naſi⁹ in ep̄la ad ſerapionē. ¶.xv.ꝙ ih̄s xp̄s dr̄ fili⁹ pr̄ne eēntie. ¶.xvj.ē:ꝙ q̄ ſunt naturalit̄ dei pr̄is: ſūt ꝓpria dei filij. ¶.xvij. ē:ꝙ noīe xp̄i intelligit̄ ſpūs ſctūs. ¶.viij.ē:ꝙ docēte paulo ſeraphin adiſcūt. ¶.xix.ē:ꝙ qūo mo yſes di cit de hoīs formatōe:ꝙ de⁹ ſpirauit ī faciē ei⁹ ſpiracl̄ȝ vi te ⁊ fact⁹ ē hō in aiaȝ viuētē:ꝙ iſtud ſpiramē ſiue ſpiracl̄ȝ nō fuit aia rōnalis:qr tūc fuiſſet aia de dei eēntie:ſ ȝ intel-ligit̄ ꝙ fuit ſpūs ſcūs hoī inſpirat⁹. Hos articl̄os poſuit cirill⁹ in libro theſauroꝝ. ¶.xx.ē:ꝙ ſpūs ſctūs ē in medio pr̄is ⁊ fillij. Hūc articl̄m poſuit gregori⁹ nazāzen⁹ in ſer mone de epiphia. ¶.xxj.ē:ꝙ ſpūs ſcūs ē verbū filij. Hūc articl̄ȝ poſuit baſili⁹ ī ſmone de ſpū ſcō. ¶.xxij.ē:ꝙ ſpūs ſctū s ꝑ filiū opat̄. ¶.xxiij.ē: ꝙ ī angelis quo ad naturā. nō dicim⁹ ſcōȝ nec tertiū. Hos articulos poſuit baſilius.

## ¶ Errores tartarorum.

© Biblioteca Nacional de España

Q Ueſtio.xxiij.de hereſibus ⁊ erroꝛibus tarta-
roꝛū. Nā tartari cū ſint plurimi.in ſuis er-
roꝛib⁹ ſunt diſtincti. ¶ Quidā ſūt qui ex to
to ſequūtur erroꝛes ſarracenoꝛū: ⁊ ſunt veri
ſarraceni. ¶ Quidā aūt qui hos erroꝛes nō
ſequūtur: tñ ī erroꝛib⁹ diuerſis ⁊ difoꝛmit̄ īcidūt. Nā q̄dā
adoꝛāt lunā. Alij aūt adoꝛāt ⁊ hoc ē q̄ſi gñale int̄ eos illđ
aīal qđ eis mane occurrit ꝑmo: ſiue ſit canis: ſiue ſit aſin⁹
ſiue hō: ſiue aliđ q̄lecūq3: ⁊ cū q̄lib3 die đ mane nō occur
rat: nec etiā oīb⁹ eadē die. ſ3 vnū vni hoī: aliđ aliti. iđ difoꝛ
mit̄ ſibi deū cōſtituūt ⁊ adoꝛāt. ¶ Quidā eoꝝ cū ſūt extra
terrā ſuā captiui: ⁊ deſiderāt redire ad eā ſuſpēdūt ſe vl̄ p̄
cipitāt. vl̄ al̄r int̄imūt: credētes ſe reddire ad terrā ſuā ꝑ ta
lē modū. ¶ Quidā enī q̄ magis int̄ eos reputāt̄ ꝑfecti: cō
gregatis ꝑētib⁹ ⁊ amicis: ſeu magis coniūctis: ⁊ receptis
lr̄is a diuerſis q̄ dirigunt̄ amicis eoꝝ defūctis publice cū
illis lr̄is letāter ⁊ gl̄ioſe faciūt ſe cōburi: credētes ꝑ talē cō
buſtionē ⁊ gen⁹ moꝛtis ire ī ſaluationē ad cōſoꝛtiū btōꝝ.
Iſti tartari vt ī pl̄imū ſūt hoīes brutales: nec vet⁹ teſtamē
tū nec nouū admittūt: nec alijs ſciētijs ītēdūt: ſ3 brutaliter
viuunt.

## ¶ Erroꝛes turchoꝛum.

Q Ueſtio.xxiiij.de hereſib⁹ ⁊ erroꝛib⁹ turcho-
rū turchi comuniter ſunt ſarraceni: ⁊ eoꝝ er
roꝛib⁹ inuoluūtur alias nullā ſpecialē ſectā
habent: nec certū erroꝛē: ſed varij varijs er-
roꝛibus mentibus captiuantur.

## ¶ Erroꝛes ſarracenoꝛum.

Q Ueſtio.xxiiij.đ erroꝛib⁹ ſarracenoꝝ. Sarra
ceni a ſarra. Agareni ab agar ſm veritatē
pri⁹ dicti ſunt. q̄ idē ſunt ī re. ſ3 diferūt noīe.
a machometo clerico xp̄iano de bononia ci
uitate ytalie oꝛiūdo. a fide poſtea apoſtata

BIBLIOTECA NACIONAL

© Biblioteca Nacional de España

errores nefandiſſimꝰ ꝯtraxerũt. Iſti nec vetꝰ teſtamentũ
nec nouũ recipiũt. baptiſmũ renuũt: circũciſionẽ admit-
tũt. btãӡ mariã matrẽ xp̃i virginẽ cõcepiſſe. ⁊ abſqӡ viri-
li ſemie ac ſctãӡ ⁊ ꝑfectã dñam eẽ aſſerũt: xp̃m eiꝰ filiũ nõ
deũ ſӡ. purũ hoiez lӡ iuſtũ ⁊ ſctm̃ eẽ dicũt. ip̃m mortuũ nõ
fuiſſe. ⁊ cõſequent̃ rexurrexiſſe nõ credũt ſacramẽta eccl'ia
ſtica niſi matrimoniũ nõ admittũt: articl'os fidei niſi mũ-
di creationẽ reſpuũt. Machometũ hereticũ ꝑfidũ: fuiſſe
ſctm̃ ꝓphetã p̃dicãt ⁊ atolũt: ꝑ lotionẽ manuũ ⁊ pedũ ex
tiorẽ corp̃is credũt mũdari a pctõꝝ maculis: ⁊ mẽtis inq̃-
namẽtis. Et nõnulli eoꝝ minꝰ rõne vtẽtes credũt padyſũ
in alio mũdo cõſiſtere: i eſu melis: ⁊ potu lactis fluuij cur-
rentis: ⁊ frequenti cõcubitu virginũ puelarũ.

## ¶ Errores iudeorum.

Queſtio. xxv. ꝺ erroribꝰ iudeoꝝ: iudei a iuda
filio iacob dicti ſunt. v. libros moyſi: libros
regũ ⁊ ꝓphaꝝ de antiquo teſtamẽto reci-
piũt. Teſtamẽtũ nouũ nõ recipiũt: baptiſ-
mũ nõ ſӡ circũciſionẽ admittũt: ſacramenta
eccl'ie niſi matrimoniũ cõtepnũt: articl'os fidei niſi creatio
nẽ mũdi nõ credũt: dñm nr̃m ieſũ xp̃m nõ filiũ dei eẽ: ſed
puꝝ hoiem: ꝓpham deceptorẽ ⁊ deceſtabilẽ blaſſemãtes
mẽdaciter: fallacit̃: ac cõdẽpnabil'r ꝓferũt: xp̃m ſiue meſ-
ſiã in lege ꝓmiſſũ q̃ iã venit nõ agnoſcẽtes: vẽtuꝝ ꝓnun
ciãt: deſiderãt: ⁊ afectãt: ꝑ ſolã legẽ veterẽ iuſtificari ſe exi
ſtimãt ⁊ ſaluari: cũ tñ ſc̃m veritatẽ irrefragabilẽ fidei orto
doxe nõ ſit aliud nomẽ datũ ſub celo hoibus ĩ quo opor-
teat nos ſaluos fieri teſte ap'lo paulo niſi nomẽ dñi nr̃i ie-
ſu xp̃i q̃ cũ patre ⁊ ſpũ ſctõ ẽ benedictꝰ deꝰ in ſcl'a. Amẽ.

BIBLIOTECA NACIONAL

© Biblioteca Nacional de España